

# RECENSIO

## UNIVERSI CLERI DIOECESIS QUINQUE-ECCLESIENSIS,

DISTINCTE A TEMPORE AMOTAE CUM EXITU SE-  
CULI 17-MI TIRANNIDIS TURCICAE, RESTITUTAE-  
QUE IN HIS PARTIBUS TRANQUILLITATIS, USQUE  
AD PRAESENS TEMPUS, COMMENTARIIS HISTORI-  
CIS ILLUSTRATA,

PER

*Josephum Brüstle,*

PAROCHUM OLASZENSEM IN DIOECESI QUINQUEECCLESIENSI.

---

**Tomus III.**

---



---

**QUINQUE-ECCLESIS,**  
TYPIS ANDREAE MADARÁ SZ.  
1879.

CVII.

## Parochia Mohács II.

ad S. Crucem.

(Comitat. Baranya.)

2275.

Licet parochia ista propriam habeat ecclesiam parochialem, illam quippe, quae residentiae episcopi Quinqueecclesiensis est contigua, adeoque vulgo „ecclesia episcopalis“ audit, nihilominus tamen quia cura hujus parochiae, dum 1850. 3. Novembr. per Joannem Scitovszky regni Primatem, ac episcopatus Quinqueecclesiensis apostolicum administratorem erigeretur, patribus Franciscanis Prov. Capistr. tradita fuit, hinc de conventu isto quaequam proferre censemus.

Ab immemoriali tempore exstitit in Mohács residentia ord. S. Francisci, nam sodalitiū provinciae condam Bosnensis, nunc Capistranae nuncupatae tum in hoc oppido, tum in pagis circumjacentibus Christicolis solertem curam impendebat spiritualem, prout hoc sequenti evincitur documento :

Nos infrascripti: Notum facimus praesentium

per vigorem significando quibus competit universis: quod nimirum M. R. in Christo PP. Sacri Ord. S. P. Francisci Seraphici, Almae Prov. Arg. Bosnae ultra memoriam hominum, a quo tempore videlicet hoc Inclytum Regnum Ungariae sub gravi jugo Turcico triste gemebat, nullius vero alterius S. Ordinis Religiosi, aut Ecclesiastici status Presbyteri Sanctae Christianae Doctrinae documenta huic desolatae Plebi evangelizarunt, Sacrae Sacramenta administrarunt, praeter praefatos Almae Provinciae Patres, cum maximo etiam vitae suae periculo, innumerisque corporum suorum fatigiis, stipendiis suis per eosdem Turcas mulctati ac privati; constanter tamen pro augmento Christianae Fidei, pie ac zelose, usque ad recuperationem a jugo Turcico hujus Patriae, fidelibus serviverunt, serviuntque usque in praesens tempus, Sacro-Sancta Sacramenta juxta ritum S. R. Ecclesiae administrantes, doctrina rudem Plebem Apostolicae Fidei imbuentes, cultum Divinum, ac Sanctorum pie et salutifere praedicantes, in cujus rei majorem fidem praesentes nostras usitato Sigillo nostro munitas iisdem M. RR. PP. futura pro recommendatione Litteras Testimoniales ac Attestatorias extradare volumus. Mohacsini die vigesima mensis Februarii Anno Domini 1715. Joannes Palikucha, Annor. 54. Mohacsiensis Judex (L. S.) — Joannes Kuszura, Annor. 80. — Paulus Palikucha, Annor. 90. — Marcus Bilesich Annorum 70. — Andreas Kujuncsia, Annor. 60. — Petrus Csallos, Annorum 60. — Paulus Grizkapa, Annorum 80. — Paulus Mutavcsia, Annor. 56. Jurati Assessores. — Ex parte Calvinistarum Hungarorum similiter attestantur Fide Christiana: Osse Stephanus, Petrus Vincze,

Blasius Géczy, Andreas Lukács, annorum omnes ultra sexaginta.<sup>1)</sup>

Jam ante extradatum hoc testimonium dedit episcopus Nesselrod sedulis his religiosis facultatem curam animarum ultra etiam exercendi, uti patet ex ejus literis sequentis tenoris :

Nos Wilhelmus Franciscus Comes de Nesselrod Episcopus Quinque-Ecclesiensis, Exemptus Praepositus Albensis, Comitatum Baranya, Tolna et Valko Supremus ac Perpetuus Comes, Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Consiliarius Intimus.

Universis, et singulis praesentes Litteras nostras Visuris et Lecturis Salutem in Domino. Notum facimus, et praesentium tenore attestamur, quod Rndi Patres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provinciae Bosnensis Argentinae hactenus in Dioecesi nostra, tam trans, quam cis Dravum animarum curam diversas administrando Parochias, diligentem exercuerint, quarum administrationem zelosam et imposterum eisdem lubentes concedimus, et commendamus (excepta Parochia Oppidi Mohács, quam nobis ob certas rationes, et tollendas inter Provinciam S. Ladislai et Bosnensem confusiones hactenus practicatas, reservamus,) modo nobis Superior per se, aut per Litteras idonea et exemplaria subjecta praesentaverit toties, quoties mutatio erit instituenda, visitationi pariter Vicarii nostri Generalis, aut Archidiaconi secundum Canones se se subjecerint, reliquisque juribus Episcopalibus subjecti fuerint, et obediens. In cujus rei fidem has manus propriae

<sup>1)</sup> Pavich: Ramus viridant. Oliv. 363.

subscriptione, et Sigilli appensione roboratas dedimus. Posonii 20. Junii 1712.<sup>2)</sup>

Residentiam suam patres Franciscani, quam antea in ipso oppido erectam tenuerunt, paulo ante annum 1724. (nescitur cujus nutu vel motu) ad finem oppidi pone viam regiam transtulerunt, ubi hodie locum occupat, illic in vicinia residentiae eppalis statim residentiae ac ecclesiae initia posuere, uti elucet ex sequenti testimonio: „Nos subtus scripti conscientiose attestamur RR. PP. Franciscanos Provinciae Bosnae Argentinae, postquam ex Oppido Mohácsiensi solemniter atque processionaliter se ad eum locum, ubi actu sunt, transtulissent, illico Ecclesiae suae fundamenta posuisse. Eaque (in quantum reminiscimur) peracta sunt in praesentia Perillustris D. Platzzer, bonorum Mohácsiensium Provisoris Caesarei, nec non Perillustris D. Smerling Annonae Praefecti. In cujus rei fidem subscripsimus. Mohácsini 15. Januarii 1724. (subscribunt sex incolae loci ejusdem.) — Rudera antiquae in oppido residentiae anno 1766. adhuc visebantur.<sup>3)</sup>

Coeptum attamen aedificium in progressu suo detentum fuit per plures annos, idcirco solliciti patres ad ordinarium loci anno 1731. sequentem formarunt recursum:

Excellentissime etc. Humillimorum Capellana-  
lium Religiosorumque servitorum nostrorum in gra-  
tiam Excellentiae vestrae demississimam subjectio-  
nem, medio supplicis Libelli nostri, coram gratiosis-  
sissimo Excellentiae vestrae conspectu, nos sistere

<sup>2)</sup> Ibid. part. I. 161.

<sup>3)</sup> Idem part. II. 364.

praesumpsimus. Quod cum aedificium illud, quod ad Oppidum Mohács in Inclyto Excellentiae vestrae Dominio commodioris Residentiae, et promovendi Divini cultus causa coeptum, ex subsecuta autem Excellentiae vestrae inhibitione (cui se Provincia haec cum omni humilitate et summo erga Excellentiam vestram respectu promptissime accommodavit) in praesens non continuatum, ruinae et desolationi non sine factarum expensarum nostrarum summo detrimento, proximum sit, unicum Excellentiae vestrae gratiosam continuandi hujus aedificii concessionem, collapsis jam penitus rebus nostris, opitulaturam confidimus; fatemur quidem praedecessores nostros in eo non leviter errasse, quod Excellentiae vestrae, tum qua gratiosissimi Praelati et Ordinarii nostri, tum qua memorati Oppidi Domini terrestres ad praemissum aedificium gratiosum concessum, et Patrocinium implorare neglexerint, verum cum commisi erroris poenam, tum ex diuturnitate temporis, tum ex comparatorum materialium amissione et corruptione, jam dederimus, et veniam ab Excellentia vestra supplices deprecemur, speramus firmissime, quod Excellentia vestra tum tantae humiliationis nostrae respectu, tum vero ex hac quoque gratiosa reflexione, quod inhumatum Excellentiae vestrae Patruelis, Excellentissimi utpote Domini Comitum et Generalis quondam a *Gehlen*, in conflictu ad Petrovaradinum habito, pro fide et christianitate gloriosissime occumbentis corpus, ex Conventu et Ecclesia nostra Petrovaradiensi, ad contestandam erga Excellentiam vestram devotionem nostram, et obsequendi studium, extradederimus, et propterea a temporis illius Commendante, Domino Generale quondam a

Rudolfin gravissimas persecutiones sufferre debuerimus, humiles preces nostras benignis auribus excipere, hancque submissione plenam Instantiam nostram admittere dignabitur.

Qua spe freti, Excellentiam vestram humillime exoramus, dignabitur ex ingenita sibi benignitate, et omnibus benefaciendi propensissima voluntate, Religionisque hujus promovendae singulari pietate, et studio, hanc nostram humilem Declarationem, et commissi erroris deprecationem cordi sumere, et gratiose acceptare, nobisque ex plenitudine Potestatis suae, et ferventissima in hanc Seraphicam Provinciam nostram sub ipso Turcarum in his partibus olim imperio pro Fide et Religione Catholica, interdidas persecutiones, convitia, opprobria, flagellationes, nostrorumque caedes et vulnera constanter perseverantem, et actu in regno Bosniae, et alibi per Turciam Christi oves verbo Dei fideliter pascentem, pietate, et animarum Deo lucrandarum zelo, ad continuandum attactum aedificium nostrum, non modo gratiosum suum consensum praebere, verum etiam Patrocinium ejusdem cum protectione sua in se gratiose assumere. Pro qua gratia et benignitate non intermitteremus pro Excellentiae vestrae longaeva conservatione, et constanti incolumitate, Deum omnis boni retributorem largissimum precibus nostris quotidie exorare, et nos omni occasione erga hanc munificam Excellentiae vestrae concessionem gratos et acceptos reddere. Qui dum nos Excellentiae vestrae gratiis, benignitati et protectioni humillime commendamus, gratiosam Excellentiae vestrae resolutionem praestolaturi perseveramus

Excellentiae vestrae

Humillimi, et profunda cum submissione  
obsequentissimi capellani et servi

*Fratres Ord. Min. S. Francisci Seraphici Prov.  
Bosnae Argentinae Mohácsienses.*

*Sequebatur rescriptum:* Itaque, ut haec sacra Religio pro more suo laudabili eo commodius Deo ter Optimo Maximo famulari, Animarum saluti prospicere, et Christiani Populi commoditatibus providere possit; attendentes etiam hanc demissam supplicationem, tenore praesentium indulgemus auctoritateque nostra Ordinaria et terrestri facultatem imperitur, ut in Oppido nostro Mohács, coeptum denotatae Residentiae aedificium, absque tamen Ecclesiae Parochialis Mohácsiensis, aut nostrae Episcopalis Jurisdictionis praejudicio continuari possit. Residentiae autem sic erectae omnia Privilegia, immunitates et exemptiones, quae aliis Residentiis Fratrum mendicantium pertinent, elargimur. In quorum fidem praesentes manu propria subscripsimus, et solito Sigillo fecimus communiri. Datum Viennae die 30. Octobris 1731.

(L. S.) Episcopus Quinque-Ecclesiensis  
Comes de Nesselrod.\*)

Obtenta taliter facultate, exstructa fuit residentia et ecclesia sub tutela *S. Stephani Regis Hung.* Haec residentia, licet eam anno 1741. episcopus Berényi reginae Mariae Theresiae pro confirmatione

\*) Loc. cit.



commendaret, nihilominus nonnisi die 19. Mart. 1750. in congregatione Velicae in Slavonia celebrata, ut conventus publicabatur. — Continuabimus itaque historiam conventus hujus, uti ex protocollo domestico colligere datum fuit.

Anno 1755. 27. Januar. Excell. ac Illustriss. Praesul Quinqueecclesiensis Georgius Klimó in tantum se humiliavit, ut fratres in conventu existentes mansuete, paterne ac favorabiliter visitaverit.

1755. die 6. Junii P. Minister Provincialis, cum recenter electo Guardiano, beneficio navis Mohácsinum appulit, qui sequenti die Exc. D. Georgium Klimó Eppum 5-Eccles. hic in suo castello existentem visitarunt, et apud eundem pransi sunt. Die 8. e. m. ipsemet episcopus in choro ecclesiae nostrae sacro interfuit, ex post privatim in cella ministri provincialis, cum eodem per integram horam solus cum solo inter se discurrebant.

Tandem cum maximo applausu omnium fratrum ad proprium castellum rediit.

1756. P. Guardianus *Cajetanus Grubissich* conventum, ruinae fere proximum, perbelle instauravit, atque ad optimam redegit formam; nimirum tectum alias ex arundinibus compactum totum destruendo, novumque ex imbricibus curando, nec non etiam ambitus tegulis sternendo, aliaque plura pro bono conventus exoperando. Cui Exc. Georgius Klimó eppus, speciali amoris argumento stimulatus, 5000. imbricum ad tectum combinandum dono dedit. Hic etiam toties quoties Mohácsinum recreationis ergo divertit, aedem nostram gratissima sua decoravit praesentia; eamque totam quantam saepe iteratis vicibus perlustravit, tum ante meridiem, idest aus-

cultato missae sacrificio in nostro templo, tum etiam post meridiem P. Guardianum aliquoties in sua propria camera invisere dignatus est, atque ad castellum suum residentiale pro prandio, una cum religiosis aliis sibi subditis, quotidie ferme invitavit, aliaque non pauca benevolentiae ac munificentiae signa eidem demonstravit. Rursus saepe recensitus Eppus die 2. August. e. a. nimirum in festivitate Portiunculae solemni episcopali veste ornatus, in ecclesia nostra privatam missam ad aram majorem celebravit, vesperi vero ad coenam inopinata comparuit, affabilissimos eruditissimosque efformando discursus. Altera vero die idest 3. e. m. ut invitatus a P. Guardiano, dignabatur venire ad prandium, cum pluribus aliis hospitibus diversi status et conditionis, quod institutum fuerat in horto, ubi laetissimus cum singulis extiterat.

Anno vero 1757. diem suum onomasticum episcopus hic loci celebrando, nempe 24. April. hac occasione centum milia laterum dono obtulit conventui, quibus lateribus 20. Junii e. a. aedificium conventus coeptum est sub gubernio P. Guardiani *Cajetani Grubissich*, et vicarii *Josephi Zrimich*.

Eodem anno ob causas auditas, et bene discussas, nostra provincia, quae vocabatur Bosnae Argentiniae a tanto spatio temporis, uti per Breve apostolicum decretum atque decisum est, nequaquam amplius Bosnae Argent. sed provincia S. Joannis Capistrani nominetur.

1760. elatus est pro Guardiano P. *Josephus Zrimich*, sub cujus gubernio novus tractus ex fundamentis exsurrexit, et tectum apparatus ex munificentia Exc. D. Eppi 5-Ecclesiensis, qui annue 4.

murarios solvit, tegulas et imbrices gratuito obtulit, et alia plura munificentiae suae monumenta reliquit.

1764. eligitur Guardianus *P. Jacobus Allassich*, sub cuius gubernio incepta est prolongatio ecclesiae, ex pari munificentia episcopali, qui anno 1764. tres, et 1765, quatuor murarios cum tegulis clementissime elargitus est. Hoc eodem anno 1765. ex elemosyna fidelium erecta est etiam ara nova. Item imagines pro altaribus B. M. V. Auxiliatricis et S. Joannis Nepomuceni 1766. ex contributione fidelium procuratae sunt.

1771. Dominica Palmarum ex Nádasd Quinque-Ecclesias Ex. D. Ep. Georgius Klimó concessit, quo R. P. Guardianus *Michael Garzia* eum ivit visitatum, et gaudiosum Alleluja opprecatum, cui fato Dno Eppo homagium istud valde placuit. Quare iterum pro festo S. Georgii idem P. Guardianus, cum R. P. *Simone Hattos* Aggregato, Nádasdinum petiit 22. April. pro sui nominis festi appreciatione, cum honore dum fuissent excepti, ad mensam interrogavit de conventus et ecclesiae aedificio; de quo cum audiret, multis adhuc indigere, reposuit: „Brevi veniam ipse Mohácsinum, et omnia perlustrabo.“ — Die 15. Maji veniens sero huc ad suum castellum, beneventatus a dominis salis officialibus, et aliis pluribus, quos inter palliatus fuit cum patre vicario *Bonifacio Spatzirer* saepe nominatus P. Guardianus, qui cum fato socio per ephebum ad prandium invitatur, sub quo prandio episcopus de terra sancta cum P. Vicario, et ante prandium longos contexuit sermones. Die 16. Maji hora prope decima venit pro Sacro, quod ei celebravit Rdssmus D. *Georgius Nunkovics* Canonicus a latere; sub quo Sacro ardebant sex can-

delae, organo sonante, ac fratribus philosophiae studentibus Lythanas B. M. V. et alias pulchras cantilenas persolventibus, in fine Sacri ad Sacristiam tota fere familia, dato communitatis signo, comparente (sicut et ad ecclesiam pedes venienti obviam venit,) stans ad sacristiam, considerata praevis ecclesia, dixit: „Pudet me istius Ecclesiae fornicis; multis etiam conventus indiget!“ Atque recedens ex conventu tres adhuc portas P. Guardiano fieri debere ad inferiorem penes ecclesiam tractum demandavit. Ejus currus venit ex castello, quem conscendens, pro prandio invitatus a Domina Illma Sauskaiana pridie per Parochum Szekcsőensem, discessit ad Somberek; quem cum P. *Damasceno Eckenhoffer* secutus est R. P. Guardianus, ab ipsa Domina Illustrissima invitatus. Terminato prandio divertit ad suam vineam, quae olim erat conventus. Die porro 17. ante septimam discessurus Quinque-Ecclesias, magistro murariorum accersito, coram multis dixit: „Faciatur mihi computum, quantumnam constabit fornicis ex bonis materialibus in ecclesia PP. Franciscanorum, et submittat mihi Quinque-Ecclesias, nam (iterum repetiit,) pudet me, talem miserum, inconstantem et periculis laborem fuisse factum!“ Quibus dictis fecit agitari currum suum, quem secutus est ejus praefectus Andreas Erdődy Quinque-Ecclesias, ubi permansit sua Excellentia usque festum Theophoriae, dein Nádasdinum discessit, ubi morabatur usque ad medium Junium; exposit *Cellas Marianas*, Viennam, ac demum Posonium descendit. — Die 27. Augusti Josephus Vranovich provisor episcopalis domini in districtu Mohácsensi conduxit arcularium et unum sodalem pro sternendo pavimento

chori, et iis resolvit septimanatim dandos 2 fl. 50. den. qui et terminato choro iis duarum septimanarum laborem solvit. Emericus Turny rationista episcopalis exsolvit ramam pro majori imagine in refectorio extensa, quae nova rama exposita fuit die 19. August. idem Dominus appromisit ejusdem ramae deaurationem. — Illma Dna Sauskaiana die 21. Sept. donavit conventui 1200. imbrices. Eodem mense a guardianatu in primo cubiculo, deposito fornice, exstructa est stucatura. Die 7. Octobr. Josephus Vranovich provisor eppalis donavit conventui pro sternendo ecclesiae sanctuario 30. fl. Et pro eodem sternendo quaedam pia domina addidit 30. fl. His pariter adjunxit 5. fl. vicinus caupo Joannes Georgius Hirschl. Item Illma Dna Sauskaiana pro imbricibus comparandis dedit 7. fl. et 30. xr. — Die 10. Novemb. in festo Patrocinii B. M. V. solemniter de media nocte, reparato tandem choro, Matutinum inchoatum est, in posterum ad laudem Dei servendum. — Die 29. Novemb. fuerant Mohácsini (ubi Andreas Erdődy eppalis praefectus suam onomasticam diem celebravit,) RR. DD. *Andreas Országh* vicarius gener. et Canonicus *Szemenics*, qui examina verunt P. Lectorem Petrum Csavesich, et P. Michaelem Kattich, quos duos pro confessionibus approbaverunt. — Imago Auxiliatricis B. M. V. mense adhuc Octobri, (quae prioribus annis in capella laterali colebatur, in sacristia longiori tempore derelicta,) tandem elevata est in ara majori supra tabernaculum. Die 13. Decembr. terminato „Rorate“, ducta est processio ante fores ecclesiae, ubi trabalis crux solemniter benedicta fuit et elevata, qua peracta functione, cantato hymno: „Te Deum.“ ad ecclesiam reditum est.

1772. ipsa nocte ante 3. Februar. quidam fur, perfracta dispensae fenestra, furto abstulit ex conventu 12. orbiculos, et 6. patenas majores stanneas. — Die 4. Maji in crypta fratrum sepultus est D. Michael Bellovics tritici questor, aet. 36. ann. natus Jaurini, qui in compensationem cryptae, sepulturae et servitorum spiritualium legavit conventui 100. florenos, Eodem die sarotino tempore advenit Mohácsinum Exc. D. Praesul Klimó, qui beneventatus a fratribus nostris, favens nobis plurimum, imaginem novam Vienna allatam duarum orgiarum *S. Stephani* pro ara majori donavit, ut major ara romano modo noviter extruatur, ordinavit, et mandavit: ut a nostrum uno fratre catechesis fiat singulis diebus dominicis et festivis lingua illyrica sub primo sacro. — Die 13. Junii in conventuali ecclesia celebrata est solemnitas S. Antonii Paduani, ubi in magno populi concursu primum sermonem illyricum habuit *D. Andreas Laczkovics* capellanus Himesházensis; secundum hungaricum A. R. D. *Georgius Makay* parochus Mohácsensis; tertium germanicum A. R. D. *Joannes Melchard* parochus Szekcsőensis; sacrum tandem cum plena assistentia decantavit Rdssmus D. *Ferdinandus Szekel*, V. A. D. Himesházensis. — In solemnitate S. Mariae Angelorum de Portiuncula die 2. August. hora 8. sermonem illyricum habuit *D. Joannes Borhy* capellanus Izsépsensis; media 9. hungaricum dixit A. R. D. *Georgius Makay*; tandem hora 10. germanicum *D. Joannes Unger* capellanus Himesházensis; sacrum solempne celebravit *Rdssmus D. Carolus Spitzer*, parochus Bólyyensis et *Proto-Notarius apostolicus*, qui etiam musicos secum adduxit. Secundas vespervas cum plena assistentia decantavit

*Rdssmus D. Andreas Mutnyánszky* parochus Szebényensis et *Proto-Notar. apostol.* — Die 19. Sept. venit Mohácsinum Exc. D. Eppus Klimó, qui pro reparatione refectorii exoratus 2000. regularum dari resoluit. Die 28. Octobr. prima vice in noviter fornice obducto refectorio Religiosi commederunt, pro cujus reparatione tandem Exc. Praesul instancialiter rogatus resolvit 55. fl.

1773. die 1. Januarii in absentia D. Capellani iterum incepimus oppidanis Mohácsensibus in spiritualibus deservire. — Die 20. April. venit Mohácsinum Exc. Eppus, qui 23. e. m. Lancsukini in nova domo parochiali prandium sumsit, et die mox sequenti per Rdssmum *D. Andream Országh* vicarium generalem, Lancsukensem curavit benedici ecclesiam, ipsamque Lancsukensem administrationem a nobis avulsam tradidit A. R. D. *Joanni Turkovich* regendam. Eodem die (24. Apr.) Mohácsensis parochiae alias administratorem *D. Georgium Makay* in ecclesia parochiali ad S. Crucem inventam, ut parochum decretaliter nominavit, installavitque. — Die 4 Julii Exc. Eppus in refectorio, cum suis hospitibus invitatus comparuit et sumsit merendam. Tandem idem Exc. Praesul die 14. Julii in festo S. Bonaventurae apud nos sumsit prandium, cum quo adfuerant Excellimus D. Generalis quondam Colonellus Incliti Regiminis Juliani, cum suo Auditore, Rdmus D. Canonicus *Georgius Nunkovics*, R. P. Adalbertus, Benedictinus, qui et Sacrum solemniter decantavit; A. R. D. hujas Parochus; D. Parochus Lancsukensis; Perill. D. Syndicus Josephus Hölbling etc.

1774. die 19. Junii primum aeterno Patri obtulit sacrificium *P. Emericus Kollár*, Mohácsensis filius,

studens theologiae Budae, impensas aliquantulum solverunt Genitores; manuactor fuit Rdmus *D. Ferdinandus Szekel* par. Himesházensis. — Die 4. Octobr. fuit cum deauratione et decoloratione ex integro major S. Stephano Regi dicata ara terminata; cujus laborem exsolvendum in se assumpsit Exc. D. Praesul *Georgius Klimó*. Hac die ad eandem novam aram majorem primitiale sacrificium aeterno Patri obtulit *P. Stephanus Darázscsevics*, theologiae studens Petrovaradini, natus Mohácsini, in hoc sacrificio ejusdem manuactor fuit aequè Rdmus *Ferdinandus Szekel*; expensas praestitit conventus, genitores solum candelas solverunt necessarias. — Die 7. Novemb. omnium stationum viae S. Crucis deauratae sunt et decoloratae ramae ex elemosyna plurium benefactorum.

1775. in Decembri strati sunt lateribus duo superiores tractus, ambitus primus penes ecclesiam, alter ex choro occidentali ex parte.

1776. in Majo ad portam majorem conventus triangularium divisionum fornix appositus est noviter in ambitu inferiori. Mense Junio noviter exstructae sunt sepes ad hortum in linea recta, respiciente partem meridionalem; ubi notandum, quod ex benigna resolutione Exc. D. Praesulis, in eadem linea auctum sit spatium 17. orgiis longitudinis, et 15. latitudinis. Eodem mense solidis ex materialibus exstructus est introitus portae majoris ad cellarium conventus. Mense Septembri resolvit benignissime Exc. Eppus, ut structurae ecclesiae conventualis stuctura ruinae jam proxima destruat, et fornix ex solidis materialibus exstruatur, ideo secundum hanc benignam resolutionem murarii laborem inchoarunt.



1777. 2. Maji obdormivit in Dno Excellm. *Georgius Klimó* Eppus Quinqueecclesiensis, singularis hujus conventus benefactor et fautor, Eo tempore corpus ecclesiae sub fornice ex beneficentia Exc. D. Eppi positum fuit, restat tamen incrustatio. Repositorium frumenti solide noviter instructum. Fons in exteriori, serviens etiam pro horto, noviter erectus. Imago coenae Domini pro refectorio procurata.

1778. 4. Februar. iterdum confirmando antiquam suam promissionem *Josephus Sándor* funifex Mohácsensis, obligavit se pro campanis ecclesiae conventualis semper funes necessarios conficere gratis, ita, ut dum eum aut conthoralem ejus mori contigerit, gratis pro illo aut illa pulsus campanarum ternus fiat. Et haec innovatio a patribus habita est rata et firmatur. — Dejecto tandem, qui periculum minabatur, antiquo choro, et duabus chori ablatis columnis inferioribus, noviter usque ad principales turris columnas chorus muratus, die 20 Maji 1778. completus est. — Die 7. Junii ablatis antiquis ex ecclesia fenestris, aliae novae majores appositae et firmatae sunt. Et ad chorum propinguius, in ambitu cubiculum pro bibliotheca factum est noviter. — Capellae duae infra chorum, majoris ecclesiae portae propinqua exstructae sunt, novis statuis coloratis et deauratis adornatae, et una ad cornu epistolae, aram majorem respiciens, ex integro cratibus ferreis firmata; statua Salvatoris Patientis ad cornu evangelii et Matris Dolorosae ad cornu epistolae, in iisdem capellis positae conspiciuntur. — Pro capella sanctissimae Matris Dolorosae adornanda et exstruenda *Michael Kálóczy* Jaurinensis, pro tunc arendator piscinarum Mohácsensium, ex sua pietate obtulit et dona-

vit 100 fl. — Terminata solemni devotione Portiunculae, destructo antiquo in sanctuario fornice, novus ad proportionem corporis ecclesiae aedificabatur, et completus est in pervigilio festivitatis S. P. Francisci. Ubi in sanctuario nova fenestra ampla, noviter extracta, porta ad sanctuarium ex sacristiae parte e lapide secto facta, et sanctuarii pavementum ad duos gradus elevatum est.

1779. in Decembri terminatus est tractus inferior conventus, respiciens solis occasum, ubi tria nova cubicula, simul cum gradibus, ad secundum altiorem ambitum noviter factis, aedificata sunt. Tractus item ecclesiae conjunctus incrustatus, et fenestrae inter columnas per totum quadrum extructae jam, desiderant vitro adaptari.

1780. 21. April. imago B. V. Mariae Auxiliatricis ex laterali ara ad majorem inter duas statuas Joachim et Annae supra tabernaculum collocata, ac imago principalis S. Stephani altius elevata est. Hoc ipso anno in ambitu superiori, respiciente solis occasum, exstructa, incrustata et dealbata sunt cubicula simul cum ambitu.

1781. die 25. Maji hora 6. pomeridiana venit ad conventum Mohácsensem *Illmus ac Rdmus Paulus Ladislaus e Comitibus Eszterházy de Galántha Episcopus*, nuper electus et confirmatus V-Ecclesien-sis, tridua peracturus exercitia spiritualia; ubi tri-duo illo in provincialatu consistens, nostris cibariis contentabatur, omni die in ara majori celebrabat, cui Rdmus a latere Canonicus *Ferdinandus Szekel* assistebat. Hic tandem 28. Maji hora 3. pomeridiana e conventu discessit ad antiquam parochialem ecclesiam, quem cum pulsu omnium companarum dimisi-

mus, et sub cruce omnes fratres in dicta parochiali ecclesia benedictionem receperunt. Hoc ipso tempore V-Ecclesias properavit, in Üszögh pernoctavit quem sequebatur *P. Zacharias Schuch* Guardianus, et *P. Simon Hattos*. Die denique 29. matutino tempore, solemnissima ejusdem Illmi ac Rdmi Praesulis celebrabatur introductio ad cathedralem ecclesiam, quo simul importatum est corpus S. Faustini Martyris, magnifice adornatum, et in media ecclesia collocatum.\*)

1782. die 8. Januar. Illmus D. Praesul *Paulus Eszterházy* in praesentia, Rdmi D. canonici *Ferdinandi Szekel*, A. R. D. *Georgii Makay* hujatis parochi, *P. Simonis Hattos*, et *P. Sigismundi Erchard*. ordinavit et mandavit, ut amodo concio illyrica apud PP. Franciscanos Mohácsenses a festo S. Michaelis Archang. usque ad festum S. Georgii hora 8. — a festo vero S. Georgii usque ad festum S. Michaelis hora media 8. servetur. Germanica autem toto anni tempore circa horam 9. habeatur.

1787. hoc ipso quasi integro anno pro parte caesarea cessimus granarium, inferiores ambitus, et cubicula inferiora quatuor, ubi farina, triticum et avena reservabatur. Imo et superiorem ambitum contiguum ecclesiae, et ipsum chorum repleverunt. Die 9. Novemb. ex refectorio effecerunt infirmariam pro infirmis a regimine, quod occuparunt usque ad festa natalitia.

1790. 18. Martii Illmus Praesul dioecesanus serotino tempore intravit conventum, ubi, ab omni

---

\*) Confer tom. I. p. 505.

segregatus hominum conversatione, octiduana spiritualia devotissime peregit exercitia.

1791. 25. Januar. major campana 4. Cent. et 25.  $\text{R}$  Quinque-Ecclesiis transfusa, ab Illmo Praesule consecrata, ad turrim elevata est feliciter, sub guardianatu *P. Martini Makay*. Item pro tribus campanis noviter constructa sedes ex integro; pro qua idem Ill. Praesul solida quercina ligna effective resolvere dignabatur. Et ideo in gratitudinis contestationem pro ejusdem Illmi Praesulis ultronea sospitate filici, in eadem Conversationis S. Pauli solemnitate sacrum solemne decantatum est.

1791. mensibus Augusto et Septembri reparata est superficies templi et conventus, multis additis noviter tegulis novis. Item ambitus conventus dealbati.

1792. a fine Maji usque ad 2. August. siccitas fuerat magna. Hoc ipso tempore domus allodialis ex fundo reparata, et tecto novo ornata est. Die 2. August. imber copiosus hora 3. pomeridiana decidit; vineas Mohácsenses grandio concussit, salvis segetibus manentibus.

1793. die 13. Junii hora media 12. fulmen incussit in horreum eppale conventui vicinum, quod et totum incineravit. Die 14. Septemb. Crux trabalis ante conventum erecta est cum Crucifixo et Matre Dolorosa. Item calix argenteus Buda allatus est, oblatu a D. Bernardino Brankovich cive Budensi.

1794. cancelli in choro facti sunt, cum porta chori, arae pariter S. Joannis Nep. et S. Annae noviter pictae et deauratae. Eodem anno festo SS. Trinitatis, tempore coenae circa horam mediam sextam in turrim fulmen incussit; exsilientes omnes ex refec-

torio, foetorem quidem senserunt, ast grave damnum non sunt experti, nisi ramas in majori fenestra chori paululum abrasae videbantur, et unum alterumve orbiculum vitreum fractum.

1795. die 22. Julii advenit Quinque-Ecclesiis pictor, qui duas infra chorum capellas, mysteriis scilicet passionis Domini ex una, — Dolorum B. M. V. ex altera parte, eleganter depinxit, quinimo et statuas novis coloribus affabre illustravit. Haec omnia ex munificentia viduae Dni Kálóczy incolae Jaurinensis.

1799. 7. Novemb. *Exc. D. Paulus Ladislaus Eszterházy* Ep. 5-Ecclesien. etc. obiit hora noctis decima in domo sua eppali Mohácsini, morbo calculi laborans.

1800. 15. Julii postquam quidam Pallermann, commorans in pago Battina, baptisatus haebreus, et exarendator piscinarum eppalium, e periculosissima sua infirmitate resanatus fuisset, obtulit gratuito conventui Mohácsensi unam sericeam casulam ex materia nobili.

1803. 14. August. *P. Simon Hattoss*, provinciae ex-definitor, aetatis physicae 76. annos, sacerdotii autem 50. complens, secunditias celebrat; ubi hungaricum sermonem dixit *Stephanus Groczky* parochus Somberekensis.

1805. Paulus Mohacsanin, incola hujus oppidi, morti proximus fratri suo germano Petro recommendavit 100. imperiales pro conficiendo calice conventui consignando. Quorum mater ex toto inauratum jam dedicavit; quia vero Petrus speciosum procurare voluit, ipse adhuc 65. fl. ex sua parte superaddidit, et sic calix primae classis, cum figuris pictis constructus fuit Essekini.

1806. die 8. August. *Illmus D. Antonius Mandich* denominatus episcopus Diakováriensis, sua gratissima praesentia, hunc conventum condecorare dignatus est, qui sumto prandio Diakovárinum perrexit.

1807. die 13. Junii solemnitatem S. Antonii Patavini condecoravit cum sacro solempni A. R. D. *Joannes Capistr. Radnics* v. a. d. et parochus Lancsukensis; sermonem illyricum dixit D. *Emericus Vicze* capellanus Mohácsensis, germanicum D. *Adamus Harnisch* cooperator Himesházensis.

1808. die 20. Januar. *Illmus D. Josephus Király* Eppus V-Ecclesiens. Mohácsinum advenit, salutatus ab A. R. D. Vice-archidiacono et Parochis districtus Mohács. — Die 22. Februar. idem Illmus D. Praesul, obtenta Bulla Rom. Pont. pro juramento deponendo et pallio suscipiendo Albam-Regiam discessit; redivitque 29. Februar. Die 25. Martii in festo Annunciat. B. M. V. Quinque-Ecclesiis solemniter installatus fuit. — 26. April. rediit Mohácsinum; — 28. April. ascendit Viennam; — 21. Maji incolumis reversus; — 24. Maji Quinque-Ecclesias discessit, confirmationis sacramentum collaturus.

1809. die 19. Decemb. horis pomeridianis adfuit comissio regia, quae cubicula totius conventus pro imponendis militibus infirmis occupavit, unus tractus versus meridiem pro patribus et fratribus relictus fuit. Idecirco post octiduum studium theologicum Nassiczas est translatum, plures autem patres Essekinum discesserunt.

1811. 14. August. redivit studium theologicum Nassiczis.

1812. 17. Martii adlata est nova cathedra pro ecclesia conventuali, quae subsequentibus duabus

diebus, priori depositae suffecta est secundum contractum, 19. Nov. anni prioris initum, cujus confector, arcularius Quinqueecclesiensis 900. finis excontentatus rediit ad sua. Die 6. Julii hora matutina 1-a horrida tempestas in campo Mohácsensi incepit, ut ei rara similis audita sit. Continua fulgura, nubes lacerans fragor, et ingentia tonitrua mutuo se excipiebant. Innumera incusserunt fulgura: in domum quamdam, quae combusta est, in ecclesiam calvinisticam, et S. Rochi in coemeterio, hic tamen incendii occasio non exstitit. In filiali Kólked incussit in turrim calvinistarum, quae tunc primum terminata erat, ignisque tanta celeritate propagatus fuit, ut ecclesia cum turri, et duabus domibus in cineres conjicerentur, una ex domibus combustis fuit praedicatorum. — Hoc anno mense Novembri mortuus est Georgius Béregi incola Mohácsensis, qui vi testamenti sui reliquit conventui pratum in insula situatum, et insuper pro apparamentis 100 fl. in schedulis valutalibus, demum 349. fl. 10. xr. in mera moneta aurea et argentea.

1813. mense Februario totius fere comitatus Baranyensis liberum oblatum Regi praestitum, in tritico, siligine et avena consistens horsum advectum est, et in varia depositories, granaria illocatum; ipsa quoque episcopalis ecclesia eo repleta est. In conventu praeter granarium nihil occuparunt.

Anno 1816. collectio elemosynae, cum primis victualium, ob sterilem procreationem adeo sinistre cessit patribus, ut pane mixto fagopyro vesci cogentur, quod huic conventui a memoria hominum acciderat nunquam; quinimo ipse talis panis quoque defecerat eisdem. Hac egestate pressus conventus

semet aere alieno onerare debuit, quoniam universalis fere fuerit egestas, omnium rerum, praecique tritici summa caristia, et propemodum fames. Constabat cubulus tritici 60.—70. fl. fagopyri 48. fl. urna vini optimae qualitatis 150. fl. Ne vero ad extremum deduceretur conventus iste, obstitit munificentia quorundam illustrium benefactorum, qui miserti afflicto conventus hujus statui, ejus humillimis precibus benignas praebuere aures. Sic vidua comitis Casimiri Eszterházy, Barbara nata Castiglione donavit 100 fl. Antonius Juranics vicarius generalis 60. fl. capitulum Quinqueecclesiense 100. fl. familia Bésániana 50. fl. archiepiscopus Colocensis 8. metr. tritici.

#### Introductio gymnasii minoris Mohácsinum.

Memorabilis et summe celebrandus fuit Mohácsensibus annus 1817. quo scholae grammaticales in oppido isto apertae exstiterant. Eventus hic Mohácsensibus non parum notabilis sequentibus exponitur:

Joannes Bosnyák incola Mohácsensis, condam vero hujus oppidi judex, fidedigne refert, in transactione cum dominio illud fuisse positum volente dominio, ut Mohácsinum scholae grammaticales introducerentur. In finem hunc Paulus Ladislaus Eszterházy episcopus Quinque-Ecclesiarum assignabat oppido aedificium ad tractum elevatum, sumtibus episcopalibus in angulo plateae parochialis, quae meridiem respicit, positum. De transactione hac plura continet protocollum oppidi Mohács, isthic sufficiat adnotare sequentia: post 70. annorum processum inter dominium et oppidanos agitatum tandem oppidum triumphum, se processum lucratum esse, repor-



tavit, obtenta anno 1795. resolutione regia. Quominus vero resolutio regia effectum sortiretur, obstabant minae praefecti bonorum episcopalium, qui edixit se processum renovaturum, nisi oppidani ad transactionem condescenderint; factumque est ita mediante Joanne Bosnyák, eorum iudice oppidano. Hanc transactionem Sua Majestas Franciscus I. circa annum 1798. confirmavit. At Mohácsenses allegabant aedificium supramemoratum cessum fuisse oppido in compensationem sumtuum processualium; proinde idem aedificium in domum oppidanam converterunt; usque dum agente Francisco Neuwirth parocho hujus communitatis catholicae jussu directionis superioris Jaurinensis dictum aedificium magistratus pro scholis vernaculis cedere, seque in domum teloliam conferre cogere.

Ab illo temporis momento altum de scholis grammaticalibus tenebatur silentium, usque dum ad multas preces parentum et tutorum patres lectores theologiae primum orphanos, dein alios quoque adolescentes in pietate et scientiis privatim instituendos anno 1812. et sequenti suscepissent. Visa horum educatione Mohácsenses, veluti ex lethargo excitati, pro scholis instituendis seria arripiebant media.

Volvebatur annus 1813. dum *Joannes Bedöcs* notarius, et *Antonius Davidovics* juratus oppidi accedentes regni palatinum, licentiam pro erigendis scholis grammaticalibus peterent. Quibus palatinus reposuit: Suam Majestatem libenter consensuram, sed ea lege, ut religiosis Mohácsensibus administratio gymnasii committatur. Inde factum, ut praenominati ablegati Buda redeuntes patrem ministrum provinciam Coelestinum Schneider accederent orantes:

ut gymnasio Mohácsensi professores resolveret. Qui respondit: sibi pro nunc subjecta quidem deesse, verumtamen usque Augustum rem sibi curae fore. Ast abhinc tacuit pars utraque per triennium.

Die 18. Februar. 1816. accedebant oratores Mohácsenses P. Joannem Balatovich ministrum provincialem, eo tempore Mohácsini agentem; qui eisdem professores mox appromisit, dummodo de aedificio scholari prope conventum erigendo sint solliciti. Illi sponderunt, contractumque inierunt conditionibus ut sequitur:

Nos infrascripti provinciae Capistranae Minister Provincialis ac primores oppidi privilegiati Mohács testamur: Nos nomine dictae Provinciae ac privilegiati oppidi in hunc contractum coaluisse, ut sequitur:

I. Ego P. Joannes Balatovich Prov. S. Joannis a Capistrano Minister Provincialis, nomine suprafatae Provinciae, parte ex una promitto: quod ad instantiam privilegiati oppidi Mohács medio dominorum Judicis, Notarii, Senatorum, caeterorumque hujus privilegiati oppidi Primorum mihi porrectam, dum altissimo loco benigno indultu obtento aedificium sufficiens pro scholis grammaticalibus, non procul a conventu nostro aedificatum fuerit, tribus idoneis professoribus, uno supplente, ac uno Directore locali e Provincia Capistrana, in perpetuum stante hoc contractu, providere velim.

II. Parte ex altera: Nos privilegiati oppidi Judex, Notarius, Senatores, caeterique Primores, nomine privilegiati oppidi Mohács, irrevocabiliter obligamus nos, nostrosque successores, quod singulo anno in parata moneta currente ducentos triginta

florenos persolvere, ac omni quadrante anni ratam exigentialem erga quietantiam numerare, item cuilibet professori, supplenti ac Directori locali tres orgias lignorum focalium, in summa quindecim orgias pro calefactione duntaxat cubiculorum eorum, prout et duodecim currus foeni V. Conventui Mohácsensi singulis annis inomisse praestare, et ad conventum praedictum, tam ligna quam foenum advehere velimus, nosque obligemus. Item singulo professori, prout et supplenti ac Directori locali necessarios scholasticos libros, e charta scriptoria singulo decem libros, e candelis singulo decem libras pariter, ac atramentum absque omni defectu subministraturi simus, ac conventum hunc spontanea benevolentia nostra sublevare studebimus. In cuius rei majus robur etc. Mohácsini die 20. Februarii 1816.

Quoniam vero professores germani requirerentur, illico in subsequenti congregatione die 4. Junii 1816. Földvárini habita denominabatur director *P. Nepomucenus Pendl*, utpote linguae germanicae aequae ac hungaricae peritus. Professores autem interim *P. Amandus Keffer* et *P. Anselmus Blazsevics*.

Hoc facto convocati in domum oppidanam 60. viri, complures obmovebant difficultates, inter quae praecipuae erant duae: 1-o ob lingvam germanicam, interponente se etiam comitatu; 2-do ob locum: nempe qui in interiori civitate degebant, praetendebant, ut scholae in interiori civitate erigantur, aedificium jam superius descriptum pro scholis projectantes. Consequentia erat: quod novus contractus initus sit sequentis tenoris:

Nos infrascripti Provinciae Capistranae Minister Provincialis, ac Primores privilegiati oppidi Mohács

testamur: nos nomine dictae provinciae ac privilegiati oppidi, in hunc contractum coaluisse, ut sequitur:

I. Ego P. Joannes Balatovich Prov. S. Joann. a Capistr. Minister provinc. nomine suprafatae provinciae parte ex una promitto, quod ad instantiam privilegiati oppidi Primorum mihi porrectam, dum altissimo loco indultu obtento, aedificium sufficiens fuerit, illucusque donec privilegiatum oppidum proprias suas scholas reparaverit, in conventu Mohácsensi per annos quatuor cubicula necessaria pro scholis concedere, quatuor idoneis professoribus, uno sup-  
plente, ac uno Directore locali e Provincia Capistrana, in perpetuum stante hoc contractu, providere velim.

II. Parte ex altera: nos privilegiati oppidi Mohács Judex, Notarius, Senatores, caeterique Primores nomine priv. oppidi irrevocabiliter obligamus nos nostrosque successores, quod singulo professori grammaticalium, prout et supplenti, ac Directori locali omni anno in parata moneta currente ducentos triginta flor. eousque donec in conventu scholae fuerint, amotis autem a conventu scholis singulo individuo tercentos florenos persolvere, ac omni quadrante anni ratam exigentialem erga quietantiam R. P. Guardiani hujus conventus extradare, ac singulo anno cuilibet professori, supplenti ac Directori locali tres orgias lignorum focalium, in summa 18. orgias pro calefactione duntaxat cubiculorum eorum, prouti et duodecim currus hujus patriae bonae qualitatis foeni V. Conventui Mohácsensi singulo anno inomisse praestare, et ad conventum dictum, tam ligna, quam foenum advehere velimus, nosque obligamus. --- Reliqua eadem manserunt, quae in priori

contractu. — Exaratus fuit hic novus contractus die 8. Aug. 1816.

Quum autem resolutio regia cum initio Nov. 1816. nondum advenerit, eapropter magistratus decrevit, ante resolutionis regiae adventum scholas publicas haud aperiendas esse. Ne vero professores jam eorum praesentes oneri sint conventui, inter provinciam et oppidum ita conventum est, ut oppidani duos professores per annum vacuum solverent, alii vero duo inde abscederent, expensas autem viaticas oppidum ferret.

Duo hi professores a magistratu requisiti per cursum illum scholasticum partim in cellulis, partim vero in inferioribus cubiculis juventutem instruebant.

Obtinentes oppidani Mohácsenses resolutionem regiam ddo 3. Decembr. 1816. insequenti anno natalem regis die 12. Februarii maxima cum pompa et applausu asservarunt; quem diem solemnes concludere choreae, qua occasione 400—500. fl. in solamen et adjutorium invalidorum militum a probis patriae civibus collecti fuerant.

Illucescente tandem die 4. Nov. 1817. solemnis scholarum grammaticalium introductio instituebatur, quae pie, ordinate et hilariter servabatur. *Pie*: etenim pro assistentia auxilioque Spiritus S. implo-rando, qui fons et origo scientiarum est, per missae sacrificium, quod primus director *P. Nepomucenus Pendl* obtulerat; aderant praeter altioris gradus personas, coetus omnes opificum, svavi concentu musicorum, et explosione mortariorum internam animi laetitiam contestantes. — *Ordinate*: dum juventute in classes distributa, publicatisque legibus memoratus director pro loci, temporis et auditorum ad-

junctis brevem sed nervosum sermonem idiomate hungarico diceret, cui lingua eadem Joannes Bedöcs oppidi notarius, choro magistratus stipatus, respondebat. — *Hilariter* demum: quando in sempiternam rei memoriam panis similagineus inter juventutem literariam distribuebatur, opiparumque prandium instituebatur, sub quo in salutem et incolumitatem regis apostolici, omniumque rei literariae Mohácsensis patronorum et promotorum laetissima resonabant „vivat.“

Joannes Nep. item Antonius Bésán domini terrestres Szekcsőenses scolasticae juventuti gymnasii Mohácsensis curarunt pretiosum vexillum, die 3. April. 1819. in ecclesia parochiali Mohácsini benedictum.

Unus ex primis gymnasii hujatis professoribus *P. Victorinus Andrik*, postquam in quintum annum juventutem sedule instituisset, 1822. die 10. Martii quadrante pro 8-a hora matutina tabe hecticali assumtus spiritum efflavit, plene resignatus in divinam voluntatem, die sequenti in crypta conventuali sepulturae datus. Anno autem 1825. 28. Febr. mane post horam sextam *P. Josephus Calasanct. Kis-Szély* actualis hujus gymnasii director vitam cum morte commutavit.

Anno 1827. 28. Decembr. hora vespertina quarta neo-nominatus episcopus Quinqueecclesiensis *Ignatius Szepessy* medio postae Mohácsinum appulit.

Die 20. Januar. 1828. dominica 2. post Epiphaniam, utpote festo SS. Nominis Jesu hora 10. idem praesul sacrum solemne in ecclesia conventuali celebravit. Eadem die patrem guardianum et vicarium pro frugali prandio ad se in residentiam suam invi-

tavit; qua occasione conventui instar elemosynae 50. metretas tritici mixti, et 50. fl. resolvit.

Die 22. Febr. in ecclesia conventus celebrans suprafatus episcopus tribus alumniis suae dioecesis contulit diaconatum.

In consistorio secreto, Romae 28. Januar. 1828. habito, tres regni Hungariae episcopi sunt praeconisati: *Ignatius Szepesy* Quinqueecclesiensis, *Paulus Mathias Szucsics* Albaregalensis, et *Joannes Scitovszky* Rosnaviensis. — Quinqueecclesiensis episcopus usque mensem Martium, quo praeconisationis decretum perlatum fuit, Mohácsini commorabatur.

Idem episcopus cum suo secretario *Georgio Finta* die 23. Febr. conventum Mohácsensem ingressus patres domi existentes paterne visitavit.

Die 24. Febr. velut dominica 1. Quadrages. in ecclesia conventus solemne decantavit sacrum, sub quo duos diaconos dioecesanos in presbyteros ordinavit, assistentibus sibi secretario *Georgio Finta*, et *Josepho Vukics* cooperatore Mohácsensi, nec non reliquis conventus hujus patribus.

In pervigilio natalis regii, die quippe 11. Febr. ad vesperam episcopus in oppido hoc sui juris commorans castellum suum multis illuminari fecit lampadibus; magistratus autem et cives oppidani e regione residentiae pyramides erexerunt. Sequenti die solemniter sacrum celebravit, post quod orationem hungaricam pro incolumitate regis recitavit. Tum vexillum oppidanæ militiae benedixit, ad quod domina vidua Caroli L. B. Bésán ligulam donavit. Sequebatur opiparum in castello prandium; vespere vero servabatur spectaculum, ad quod per schaedas gratis concedebatur accessus.

Die 29. Mart. h. a. dictus antistes itidem resolvit conventui 6. metretas tritici, et totidem urnas vini albi. Eodem anno, die vero 2. Junii horis vespertinis Mohácsinum venit archiepiscopus Colocensis *Petrus Klobusitzky*, in residentia episcopali hospitium sumens, quem patres conventuales in corpore adentes, in horto episcopali deprehensum salutarunt; stipatus erat idem vir excellentissimus canonico suo a latere *Stephano Csauz* et *Martino Fratricsevics* aulico. Reliquis patribus abeuntibus *P. Franciscum Révész* professorem invitavit archipraesul apud se manere pro coena. Altera die movit praelatus hinc Diakovárinum pro installatione novi episcopi; unde redux patrem guardianum et *P. Franciscum* in conventu Mohácsini die 24. Jun. invisit, simulque conventui 20. fl. erga tot sacra dedit.

Pro anno 1829. percepit conventus ex munificentia episcopi dioecesani adinstar elemosynae ex communi tritico 25. metretas, ex vino 15. urnas, et totidem orgias lignorum focalium, in aere autem parato 100. florenos.

Conticente abhinc historia ulterioribus relationibus supersedendum venit. Nihilominus brevibus notare sufficit, gymnasium Mohácsense, quod ultra 30. annos floruit, post turbulentos annos 1848. et 49. adjunctis illius temporis sic ferentibus deletum, paulopost vero ibidem satagente episcopo Joanne Scitovszky scholas capitales quatuor classium excitationis fuisse.

Isthic subnectendi veniunt, qui coenobium istud gubernarunt, superiores, qui initio residentiae qua praesidentes, postmodum conventui ut guardiani praeerant sequenti ordine:



## a) Praesidentes.

Ab anno 1715. *P. Antonius Suxegl.* — 1719. *P. Georgius a Nemci.* — 1720. *P. Jacobus Jovics.* — 1723. *P. Seraphinus a Mohács.* — 1725. *P. Antonius Suxegl.* — 1727. *P. Franciscus Leginovich.* — 1729. *P. Franciscus Tomassevich.* — 1731. *Casparus Katics.* — 1734. *P. Petrus ab Essek.* — 1735. *P. Gregorius Starcsevich.* — 1736. *P. Josephus Szárácsich,* † hic loci 1737. 18. Febr. — 1738. *P. Marcus a Lippa.* — 1741. *P. Casparus Katics.* — 1743. *P. Antonius a Quinque-Ecclesiis.* 1745. *P. Casparus Katics.* — 1747. *P. Marcus a Czernik.* — 1749. *P. Dominicus Szeklics.*

## b) Guardiani:

- 1.) ab anno 1750. **P. Nicolaus Stettics**, qua actualis guardianus † *Mohácsini* 26. Nov. 1751.
- 2.) 1751. **P. Dominicus Szeklics.**
- 3.) 1752. **P. Bonaventura Bashlics.**
- 4.) 1755. **P. Cajetanus Grnbissich.**
- 5.) 1758. **P. Franciscus Gyurics.**
- 6.) 1760. **P. Josephus Srimics**, alias **Zrimics.**
- 7.) 1763. **P. Robertus Lugerth.**
- 8.) 1764. **P. Jacobus Allassich.**
- 9.) 1765. **P. Josephus Zrimics**, † qua capellanus in *Bátaszék* 26. April. 1791. aet. 71.
- 10.) 1770. **P. Michael Garzia.** † in *Duna-Földvár* 5. April. 1778.
- 11.) 1771. **P. Simon Hattos**, alias **Hattus**, *Alto-Mautae* in Bohemia 1729. natus: 1751. indutus; 1771. ex secretario provinciae fit guardianus hic loci.

- 12.) 1774. **P. Robertus Lugerth.**
- 13.) 1777. **P. Simon Hattos.** † 23. Aug. 1804. *Mohácsini*, anno aetat. 75.
- 14.) 1780. **P. Zacharias Schuch**, 1744. *Sexardiae* progenitus; 1763. indutus; 1764. professus; olim in *Tengelitz*, subinde in Kápolna capellanus dominalis, ubi † 14. Nov. 1821. aet. 77.
- 15.) 1781. **P. Xystus Hüffner.**
- 16.) 1783. **P. Martinus Makay**, filius *Quinqueecclesiensis*.
- 17.) 1785. **P. Paschalis Dulle**, 1738. *Egrae* in Bohemia in mundum venit; 1755. indutus; 1765. concionat. german. *Essekini*; ex lectore theol. fit guardianus. — † qua lector theol. plene resignatus in divinam dispositionem, die 30. Maji 1800. aetat. 62.
- 18.) 1788. **P. Martinus Makay**, † 1807. 27. Maji *Mohácsini*.
- 19.) 1791. **P. Theodosius Weinmár**, *Pécsváradino* oriundus.
- 20.) 1794. **P. Josephus Ljubich.**
- 21.) 1797. **P. Hyacinthus Bracsko.**
- 22.) 1801. **P. Athanasius Brüller**, fuit 1778. *Mohácsini* concianator; 1788. cooperat. in *Somberek*; 1794. coop. in *Mosgó*.
- 23.) 1802. **P. Hyacinthus Trieb.**
- 24.) 1805. **P. Simon Krancz.**
- 25.) 1806. **P. Emericus Kollár.**
- 26.) 1807. **P. David Engerth.**
- 27.) 1808. **P. Hyacinthus Trieb.**
- 28.) 1810. **P. Theodosius Weinmár**, † 1822. die 22. Junii in *Duna-Földvár*.
- 29.) 1811. **P. Bonaventura Szalay.**

- 30.) 1812. P. **Athanasius Brüller**; † eod. anno 18. August. *Mohácsini*.
- 31.) 1812. P. **Jacobus Zsull**.
- 32.) 1813. P. **Bonaventura Szalay**.
- 33.) 1814. P. **Felix Hesz**.
- 34.) 1816. P. **Adalbertus Marianovich**, † *Semlini* 28. Julii 1822.
- 35.) 1818. P. **Theodorus Kralj**, natus 1788. 10. Nov. in oppido *Baja*; profess. 19. Nov. 1809.; primit. 4. Octob. 1812. † *Brodii* 6. Aug. 1872. aet. 84.
- 36.) 1819. P. **Calasactius Kis-széli**, natus in *Ó-Bars* comitat. eod. professus 29. Octob. 1784.. anno 1806. fuit lector theolog. † *Mohácsini* 28. Febr. 1825.
- 37.) 1823. P. **Marcus Leithauser**, nat. 27. Nov. 1783. *Budae*; profess. 27. Nov. 1804. — primit. 30. Januar. 1808. † in *Duma-Földvár* 10. Junii 1855. aetat. 72.
- 38.) 1825. P. **Placidus Schrót**, nat. 1784. 20. Sept. in *Csesznek* comit. *Weszprim*. profess. 1806. 24. April. primit. 1808. 6. Januar. † in *Földvár* 6. Sept. 1849. aet. 65.
- 39.) 1828. P. **Thomas Horváth**, nat. in oppido *Baja* 6. Dec. 1781. profess. 8. Nov. 1802., primit. 27. Januar. 1805. — † 1836. 31. Januar. *Mohácsini* aetat. 55.
- 40.) 1832. P. **Eugenius Mayerik**, nat. 30. Nov. 1789. in *Gbelan* comit. *Trenchin*. profess. 27. Junii 1811., primit. 1812. 4. Octob. — † *Mohácsini* 25. Nov. 1855.
- 41.) 1841. P. **Adalbertus Horváth**, nat. 30. Sept. 1783. *Orovicae* in Slavonia; profess. 15. Sept.

1806. — primit. 2. Febr. 1809. — † *Brodii* 14. Januar. 1850. Iste a sermonibus sacris, lingua illyrica typo vulgatis, inclaruit.
- 42.) 1842. **P. Laurentius Matoss**, nat. 30. Dec. 1784. in *Zombor*; profess. 30. Dec. 1805. — primit. 1807. 13. Dec. † in oppido *Bács* 20. Dec. 1863. aetat. 79.
- 43.) 1843. **P. Faustinus Parizsa**, *Tersztenae* in cottu *Árvens.* in Hungaria 3. Febr. 1801. progenitus; profess. 3. Octob. 1824. — primit. 15. Maji 1825.
- 44.) 1846. **P. Paulus Nagy**, 12. April. 1804. *Colocae* natus; profess. 1825. 14. April. — primit. 10. Junii 1827. — philosoph. et theolog. licentiat. ejusdemque lector jubilat. ex-custos provinciae. obiit *Budae* qua actualis (tertio) minist. provincialis 1866. 29. Sept. aetat. 63.
- 45.) 1848. **P. Faustinus Parizsa**, qua actual. guardian. † 1850. 6 Martii *Mohácsini*. aetat. 49. cum uno mense.

Reliquos guardianos vide inferius ceu administratores hujus parochiae. Joannes Bapt. Scitovszky onerosae per amplum oppidum Mohács diffusae parochiae consulere volens, hanc dismembrando, secundam hic loci (ut supra dictum est) anno 1850. 3. Nov. erexit paroeciam in platea germanica, assignans huic scopo ecclesiam episcopalem sub titulo S. Crucis; curam autem hujus parochiae filiis S. Francisci in locali monasterio degentibus commissam voluit, ita, ut continuo guardianus conventus pro tempore constitutus simul parochiae administratoris munia expleat. Guardiani, qui parochiae curam sustinuerunt, sequenti exhibentur ordine:

**I. P. Justinus Tanoss**, natus *Colocae* 1793. 25. Junii; — ingressus ordinem 1812. 12. Sept. — professus 1814. 25. Januar. — primitias habuit 1816. 27. Octobr. — Qua professor et secretarius provinciae emeritus, guardianus *Mohácsiensis* factus simul anno 1850. parochiae administrationem suscepit. Erat vir omnibus perquam charus. Vivere desiit *Bácsini* qua definitor emeritus 1869. 13. Oct. anno aetat. 77. ut sacerdos jubilaris.

**II. P. Joannes Bapt. Loncsarevics**, ortum *Essekini* 1795. 28. Febr. habuit; — indutus 1816. 4. Nov. — profess. 1820. die 20. April. — primit. 1822. 24. Junii; administrator in *Mohács* 1852. factus die 12. Sept. — Fuit homo facetus et graviter jocosus. Post diuturniorem morbum tandem contagia mortalitatis exiit *Brodii* 1866. 17. Novembris anno aetatis 72.

**III. P. Augustus Werner**, in *Baán* provinciae Baranyensis loco 1807. 31. Dec. vitae primordia accepit; — indutus 1827. 25. Octobr. — profess. 1831. die 2. Febr. — primit. 1831. 4. April. — ut concionator emeritus anno 1853. ad *Mohács* venit. Qua praesidens residentiae *Vingae* decessit 1859. 15. Maji, aet. 52. anno.

**IV. P. Hieronymus Laczkovics**, filius *Essekien-sis*, anno 1809. 4. April. prognatus; — indutus 1827. 25. Octobr. — profess. 1831. 2. Febr. — primit. 1832. 9. Sept. administrator hujus loci 1855. 16. Aug. factus post annum alio discessit. Animam Creatori reddidit 22. Sept. 1871. aet. 63. *Brodii*.

**V. P. David Vuics**, primum halitum in *Sz. István* supra Bajam in cottu Pestiensis traxit 1807. 5. Nov. — indutus 1826. 15. Sept. — profess. 1830. 17. Mart. — primit. 1831. 3. April., in *Mohács* comparuit 1856. 31. Aug. ubi 7. annos cunctis acceptissimus explevit. Postquam isthinc 1863. discessisset, gesto alibi guardianatū, anno 1869. itidem ad conventum Mohácsensem ut pater spiritualis rediit.

**VI. P. Joachim Kissanek**, in *Szent-Endre* 1823. die 1. August. vitam adiit; — indutus 1842. 20. Sept. — profess. 1847. 14. Jul. — primit. 1848. 5. Mart. — in guardianatu a 31. Aug. 1863. usque 16. Aug. 1864. nec annum complevit.

**VII. P. Remigius Matkovics**, *Illokini* mundum 1818. 16. Octobr. salutavit; — indut. 1837. 2. Oct. — profess. 1841. 25. Januar. — primit. 1842. 4. Sept. — guardianatum una cum administratura in *Mohács* 1864. suscepit, biennium isthie commoratus; ex post dispositus 1866. ad guardianatum *Budensem*.

Morbo diu vexatus *Enzersdorfum* concessit, ubi 25. Octob. 1871. mortalibus eripitur, aet. 53. complet.

**VIII. P. Ignatius Muha**, mortalibus *Pozsegae* datus 1811. die 11. Junii; — indutus 1827. 25. Oct. — profess. 1832. 11. Junii; — primit. 1834. 14. Sept. — qua professor et director gymnasii emeritus die 28. August. 1866. coepit munus suum in *Mohács* exercere, ex-consultor quoque provinciae; isthinc 1871. *Essekinum* pro obeundo guardianatu disponitur. Per plures annos sinistra afflictatus valetudine, ad ultimum lecto affixus, spiritualibus animae reme-

diis rite munitus, 1877. 18. Nov. horis pomeridianis in corona fratrum placide exspiravit, aetat. 67. die 20. e. m. officiante Rdissimo *Josepho Heim* parcho interioris civitatis in communi coemeterio terrae mandatur.

**IX. P. Marinus Kovacsics**, 1828. 28. Febr. *Mohácsini* vitam inchoavit; profess. 1851. 12. Julii; primit. 1853. 15. August. — SS. theol. licentiatus, ejusdemque lector jubilatus; 1871. regimen parochiae et conventus Mohácsensis suscepit.

Defuncti in hoc coenobio sacerdotes:

1711. 1. Decemb. **P. Michael a Zombor.**  
 1715. 28. Julii **P. Joannes a Tessevo.**  
 1716. 28. Mart. **P. Michael a Nimci.**  
 1725. 3. Octobr. **P. Georgius a SZáríta.**  
 1731. 15. April. **P. Franciscus Tomassevich.**  
 1737. 18. Febr. **P. Josephus Szárácsich**, praesidens.  
 1740. 2. Febr. **P. Capistranus Bohos.**  
 1750. 12. Julii **P. Franciscus Shimac.**  
 1750. 29. Julii **P. Ladislaus Korroda.**  
 1751. 26. Nov. **P. Nicolaus Stetics**, guardianus.  
 1752. 18. Nov. **P. Alexander Bartholovics.**  
 1757. 8. Sept. **P. Nicolaus Kessich.**  
 1760. 10. August. **P. Thomas Braun.**  
 1769. 13. Januar. **P. Marianus Dogics.**  
 1769. 14. Febr. **P. Cajetanus Huszár.**  
 1774. 5. Junii. **P. Cornelius Stimmer**, nativitate *Edingensis*, 1746. progenitus; indutus 1768., professus 1769. — † aetat. 28. ut concionat. german.
1775. 14. Mart. **P. Genesisus Auff.**

1775. 30. April. P. **Cornelius Nikolassevich.**
1778. 29. Maji P. **Josephus Pongrácz**, spiritualis.
1780. 9. Januar. P. **Leonardus Friedrich**, nat. 1747.  
in *Gastnitz* prope Egram in Bohemia; indutus  
1768., professus 1769. — † anno aet. 33. qua  
actual. lect. philosoph.
1780. 22. Febr. P. **Elias Berhel.**
1782. 14. Octob. P. **Cyriacus Becker.**
1783. 4. August. P. **Petrus Magudovich**, spiritualis.
1788. 13. Sept. P. **Barnabas Kronfeld**, nat. 1730. *Ha-*  
*lae* in Tyroli. — † anno aet. 58. ut lect. sexennalis.
1790. 17. Dec. P. **Methodius Wösch**, capellan. in  
Babarcz.
1800. 23. Maji P. **Theophilus Geiger**, lector theo-  
log. vir probus et patiens; in excipiendis fide-  
lium confessionibus indefessus.
1800. 30. Maji P. **Paschalis Dulle**, qui supra inter  
guardianos.
1803. 21. August. P. **Josephus Lévoy**, nat. 1738.  
*Sabariae*; indutus 1756., lector sexennal. con-  
dam praesidens in Paks. † anno aet. 65.
1804. 23. August. P. **Simon Hattos**, qui supra int.  
guardianos.
1807. 27. Maji P. **Martinus Makay**, qui supra.
1808. 21. Nov. P. **Alexius Hartmann**, nat. 1749.  
*Egrae* in Bohemia; indutus 1773. 24. April. —  
† aetat. 59.
1811. 16. Januar. P. **Bonaventura Gyurics**, nat.  
1736. *Budae*; indutus 1754. — Fuit 1763.  
candidatus pro ministro provinciali, accepit 51.  
vota quin tamen fuisset electus, et sic mansit  
pro tunc lector philosoph. *Czernekini*. — † ut  
spiritualis anno aet. 75.



1812. 18. August. P. **Athanasius Brüller**, qui supra.
1822. 10. Mart. P. **Victorianus Andrik**, professor grammaticalium.
1823. 14. August. P. **Blasius Stefies**, spiritualis.
1824. 30. Dec. P. **Stephanus Juranics**, spiritualis.
1825. 28. Febr. P. **Josephus Calas. Kis-széli**, † qua actualis director gymnasii, tum calamo, tum mente factisque meritissimus,
1828. 21. Junii P. **Alexius Baumann**, concionator germanicus.
1830. 25. Nov. P. **Capistranus Kritz**, concionat. germanicus; nat. 1789. 6. Julii in *Moravia*; professus 1821. 8. Januar. primit. 15. Novemb. 1825. — † aetat. 41.
1831. 15. August. P. **Donatus Pasics**, nat. in *Dályok* 2. Nov. 1807. indutus 24. April. 1824. profess. 25. Januar. 1829. ordinatus 1830. — † in loco natali aetat. 24.
1836. 31. Januar. P. **Thomas Horváth**, qui inter guardianos.
1846. 18. August. P. **Joachim Bosnjakovics**, nat. *Pishkurevci* in Slavonia 1805. 18. Febr. — indutus 25. Octob. 1827. — † qua solers vicarius conventus aetat. 41. cum semestri.
1848. 28. August. P. **Aloysius Brich**, capellan. in *Olasz*. (vide infr.)
1850. 6. Mart. P. **Faustinus Parizsa**, qui inter guardianos.
1854. 26. Dec. P. **Norbertus Mikisska**, nat. 1789. 14. Januar. *Mistronicii* in Bohemia; profess. 11. Dec. 1825. primit. habuit 5. Febr. 1826. in *Nemes Militics*. — † qua capellan. *Vémendensis Mohácsini*, aetat. 65.

1855. 25. Nov. **P. Eugenius Mayerik.** qui supra;  
fuit ultimus director gymnasii Mohácsensis.
1861. 25. Febr. **P. Leo Lorenz,** nat. in *Schönfeld*  
Bohemiae loco 1809. 20. Dec. profess. 28. Aug.  
1834. primit. 8. Sept. 1837. — † qua coopera-  
tor hujus parochiae, qui vixit anno 51. cum du-  
obus mensibus.
1865. 3. Junii **P. Eusebius Bauer,** nat. *Viennae* 27.  
Febr. 1816. — profess. 1837. 10. Martii; pri-  
mit. 19. Maji 1839. — Fuit antea concionat.  
germ. *Vukovarini*, tum lector theol. *Mohácsini*;  
qua talis vita excessit aetat. 50.
1869. 19. Nov. **P. Fabianus Csulics,** nat. 1807. 21.  
Dec. *Garae* in cottu Bácsens. profess. 1831. 28.  
Dec. primit. 29. Januar. 1832. — † ut spiritua-  
lis aet. 62.
1870. 3. Febr. **P. Arnoldus Krepl,** nat. *Budae*  
1792. 10. August. profess. 14. Sept. 1814. pri-  
mit. 17. Sept. 1815. fuit magister novitior. eme-  
rit. et spiritualis, sacer. jubilar. † anno ae-  
tat. 78.
1871. 25. Dec. **P. Cosmas Funták,** nat. *Mohácsini*  
1802. 24. Julii; profess. 1824. 28. Dec. primit.  
1827. 1. Julii. † ut concionat. emerit. aet. 70.
1875. 29. April. **P. Melchior Olejnik,** nat. *Rosen-  
bergae* 1811. 16. Nov. profess. 1834. 13. April.  
primit. 1836. 14. August. — † qua spiritualis  
aetat. 64.
-